Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



uersa in uinu. In quinta autem etate legi
mus quod populus israeliticus derelinquens
dominum patrem suum ydola adorauit et ideo
dominus nabuchodonosor regi babylonie
tradiderit quod non solum ierusalem ciuitatem destru
xit. sed etiam eundem populum in captiuitatem
babylonie duxit ubi per septuaginta
annos in magna afflictione fuit. Post
ea uero dominus misericordia motus suscitauit eis ihesum
sacerdotem magnum filium iosedech. et Zo
robabel principes iudeorum. quod ipsum populum
de captiuitate iudeorum in ierusalem redu
xerunt. Quisquis hoc audiens peccare timu
erit coram domino. ne forte corporalem uindi
ctam recipiat et in infernum deducatur
ille hydriam in quinta etate aqua plenam
inuenit. Si autem perspicatius intellexerit
per populum israeliticum genus humanum post
peccatum captiuum trahi. per nabuchodo
nosor diabolum. per babyloniam que confusio
interpretatur infernum. per ihesum sacerdotem
magnum quod populum de captiuitate in ie
rusalem reduxit dominum ihesum xpm. qui est
sacerdos in eternum secundum ordinem melchi
sedech. quoque de potestate diaboli genus
humanum liberans ad ierusalem celestem
reuocauit ipse hydriam aquis plenam in
uinum uersam letatur. In sexta quoque etate
legimus quod dei filius homo factus propter nos
et propter nostram salutem octauo die circum
cisus est. et tercesimo tercio in templo est presen
tatus. pro quo etiam hostia legalis est oblata.
nulla tamen necessitate cogente. sed spon
tanea uoluntate tantum ut legem im
pleret. Quisquis hoc audiens corde co
gitauerit cum quanto studio euangelii precep
ta per semetipsum dedit obseruare debe
at si ille cum tanta diligentia legalia

precepta que quondam per seruum suum de
derat obseruare dignatus est hydriam
aqua plenam in sexta etate inuenit
de qua abluit et saciari potest. Si uere sub
tilius intellexerit in eo quod dominus materi
alis templi constructionem noluit prius in
gredi quam circumcideretur et purificaretur
cum non indigeret. quoniam membris ecclesie cor
poralis coaptari non possit nec corporis et
sanguinis xpi particeps fieri. nisi prius
baptismo ab originalis peccati contagi
one purificatus fuerit. illi hydria aqua
plena mutata est in uinum. Si autem sa
cratius adhuc intellexerit in eo quod noluit tem
plum ingredi ante quam purificaretur
quia templum eterne uite id est celum ingre
di non poterit. nisi prius in presenti uita per
penitentiam et elemosinam et bonam opera
tionem purificatus fuerit et ideo omni cu
stodia cor suum seruauerit. ut digna
deo hostia in celo offerri mereatur illi hy
dria aque in meracissimum uinum conuersa
est. De cuius suauissimo gustu non solum satia
ri. sed etiam debriari poterit, canes cum propheta.
Calix tuus inebrians quam preclarus est
Et iterum. Fluminis impetus letificat ciui
tatem dei. Et iterum. Filii hominum inebri
abuntur ab ubertate domus tue. Notan
dum quod de hisdem ipsis hydriis ait. Capi
entes singule metretas. binas uel ternas.
Metron quoque grece latine mensura ut quidam
tradit. tum modiorum est. Non autem dixit
quidem alie capiebant binas uel alie ter
nas. sed que capiebant binas. eedem ip
se capiebant et ternas. non tamen simul.
sed aliquando binas aliquando ternas. quia
doctores sancti. id est spirituales hydrie ali
quando tantum de patre locuntur et filio

35